



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118324

§. 157. Georgii, Serviæ Despotis obitus

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

„ nus vero in id jam unice incumbit, ut Sæcul. XV.
 „ me ætate profectum ad amentiam re- A. C. 1454.
 „ digat: Ast malo vitam amittere, quam
 „ mentem mutare. „ His dictis Capi-
 „ stranum dimisit, ad sua reversus.

§. CLVII.

Georgii Serviciæ Despotis obitus.

Georgius domum rediens, Michaellem
 Zigalium Huniadis avunculum, qui
 fines Hungariæ tegebat, intercipere co-
 nabatur, sed paucis post diebus ab eo-
 dem Michaelle ad ripam Danubii captus,
 cum se gladio defendens duos digitos
 dexteræ amisisset, magna auri vi liberta-
 tem suam redimere coactus est: Non ta-
 men diu supervixit, eoquod sanguis ex
 truncata manu profluens nunquam sisti
 potuerit. Successorem in Principatu suo
 habuit Ladislaum juniorem, cum natu
 majores ab Amurate oculis orbati fuis-
 sent. Ex quadam tamen Æneæ epistola
 discimus, quod Georgius ante finem an-
 ni millesimi quadringentesimi quinqu-
 gesimi

*cum tamen iidem Majorum suorum Religionem
 jam mille quingentos sexaginta octo annos ve-
 tustam ob unius impudici Apostatae auctorita-
 tem deserere, mutilare, & corrumpere non e-
 ruberint.*

Sæcul. XV. gesimi sexti non expiraverit, ejusque filii
A. C. 1454. ad Turcas defecerint.

§. CLVIII.

*Principum Germaniæ Conventus
 Francofordiensis.*

*Æn. Sylv.
 comment.
 Pii II. lib. I.* Præstituta die vigesima nona Septembris Francofordiæ conventus celebratur, cui interfuere Æneas Sylvius Frederici Legatus, Marchio Brandeburgensis, Gurcensis Episcopus, Theodoricus Moguntinus, & Jacobus Trevirensis Archiepiscopi, necnon Legati ex tota ferme Germania, unacum Nuntiis Apostolicis, & Marchionum Estensis, & Mantuani Oratoribus: Alphonfi vero & Venetorum Legati nonnisi absoluto Conventu Germaniam ingressi fuere. Aderant quoque Hungarorum, & Burgundiæ Ducis Oratores; illi quidem ut suppeticas peterent, hi vero, ut eas offerrent, quibuscum Joannes Capistranus, quem ubique veluti Prophetam suspiciebant, pariter advenit.

§. CLIX.

*Æneæ suasionibus bellum contra
 Turcas decretum.*

*Idem comm.
 lib. I. Et epist.
 131.* Quamvis initio minime audirentur illi, qui expeditionem adversus Turcas suadebant, & Ratisbonensis Conventus decre-